UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia Lovaniensi I. V. D. Et Antecessoris Commentarivs In Jus Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas Gregorii IX. P. M.

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus XLIV. De custodia Eucharistiæ, Chrismatis, & aliorum Sacramentorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62329

Visual Library

D. *de his, qui ſunt ſui juris*: vel de voluntate non conſtitit, & baptiſmus ei nihil proderit, cùm habeatur invitus, *d. §. item quæritur.*

20 Denique quærat aliquis, An teneat baptiſmus coactè ſuſceptus? R. Tenere, *d. c. 3. & can. De Judæis diſt.* 45. quatenus non eſt collatus vi præciſâ, quæ voluntatem omnino impedit, ſed conditionata tantum, quæ metum quidem ponit, non tamen voluntatem aufert, ſecundùm dicta ſup. *de his quæ vi &c.* ut ſufficiat ad ſuſceptionem characteris baptiſmi, & fidei profeſſionem ponat.

21 Baptizandus itaque eſt non baptizatus, non etiam baptizatus. Quod ſi tamen neſciatur puer baptizatus, veluti ſi ſit expoſitus, rectè illi conferetur baptiſma, cùm non poſſit intelligi iteratum, quod neſcitur collatum, *can. Parvulis* 110. *cum ſeq. de conſecr. diſt.* 4. In dubio quoque, an baptiſmi forma debitè ſit adhibita, uti frequens hoc tempore, quo circa formam & materiam ſectarii noſtri variant, poterit ſub conditione iterari, *c. 2. h. t.* Cæremoniæ omiſſæ ex cauſa neceſſitatis, quæ ſuberat poſtea rectè ſupplentur.

TITULUS XLIII.

De Presbytero non baptizato.

SUMMARIUM.

1. *Ordinari non baptizati nequeunt.*
2. *Baptizatum ſe probabiliter credens habetur pro baptizato.*
3. *Martyrium ſupplet baptiſmi effectum.*

1 Reliquorum Ordinum janua eſt baptiſmus; ut inutiliter conferantur non baptizato, cum characterem non imprimat eorum collatio, baptiſmo non prævio, *c. 1. & fin. h. t.* ut taliter ordinatus ſit baptizandus, & de novo ordinibus initiandus.

2 Probabiliter baptizatum ſe credens, ſi ſine baptiſmo moriatur, cùm ſufficienter Chriſtum ſit confeſſus, & baptiſmum non tam contemptu (qui omninò amoveret converſionem cordis) quàm neceſſitate omiſerit, pro baptizato habetur, *c. 2. h. t.* Idem in iis, quos temporis anguſtia excluſit, *can. Baptiſmi* 34 *de conſecr. diſt.* 4. * Et qui propter confeſſum Chriſtum ... untur ad martyrium, quod ſupplet baptiſmi ... fectum. Quò facit, quod ait Chriſtus, Luc. ... *Quicumque perdiderit animam ſuam pro... me, vivificabit eam.*

TITULUS XLIV.

De cuſtodia Euchariſtiæ, Chriſmatis, & aliorum Sacramentorum.

SUMMARIUM.

1. *Euchariſtia & Chriſma cur ſervari ... tur.*
2. *Veſtimenta Eccleſiæ, vaſa &c. munde ... vanda.*

Servandum hic dicitur Euchariſtiæ ... mentum in Eccleſia nitidè, cum ... reverentia, ut, ubi exigit neceſſitas, ... jus ſit copia. Servandum & Chriſma ... cramentum Unctionis, quod confici... piſcopo in die cœnæ Domini, *c. Tertio ... ſup. de celebrat. Miſſ.* ut & hujus ſit copia ... lante neceſſitate ægrotorum, ad quos ... dum decenter, lumine prævio. Con... tem duo hæc Sacramenta jubentur ... cuſtodia, ne quid nefarium circa ea ... tur. Incautè ea relinquens, tribus men... officio ſuſpendendus, & , ſi nefari... circa illa commiſſum, gravius puniend... *1. h. t.*

Sunt & munde adſervanda veſtimenta ... cleſiæ, vaſa, & cætera ornamenta, ne ... genter habitis contemptus, uti adſolet, ... rum inducatur, *c. 2. h. t.* ubi prohibetur ... lecti laicâ, propria ſive aliena, onerare ... ſilicam, niſi incurſus hoſtilis aut repen... cendia id exigant.

TITULUS XLV.

De Reliquiis & veneratione Sanctorum.

SUMMARIUM.

1. *Sanctorum corpora honoranda.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN